

apertè Scriptura sacra personet, hinc sit, vt censem cuilibet Christiano ignis corporæ, quo peccatores afficiantur, veritatem retinendam esse: At de hoc Apostoli loco paucula hæc delibæsse sufficiat.

Carpitur  
Petrus Mar-  
tys.

Dubitatio  
de indul-  
genzia.

Sententiam  
Scoti repre-  
hendit Ver-  
millius.

Vis indul-  
gentiae ple-  
nariae.

Si tamen ex ignorantia verum sit admiratio-  
nem oriri, celebrem illum Apostamat Petrum  
martyrem non immerito poterimus non tantum  
malitia, sed & ignorantia arguere, qui classe ter-  
tia locorum suorum communium c. 9. non potest  
fatis admirari eos, qui hanc Apostoli sententiam  
de purgatorio intelligunt, quia comprehendere

nequit, quomodo indulgentia Pontificis, ea præ-  
fertim, quas ita concedit S. Pontifex, vt abfolui-  
quis possit, cum moritur, ab omni pena, ita ut in  
celum è vestigio eius anima eolet, cù purgatorio  
consistere possint: præterea Scotus insulat, quod  
actum charitatis tuto furore elici posse dixerit, vt  
omnes eluat penas; quomodo enim omnibus com-  
munis esse poterit illi purgatorius ignis, si quidam  
tam facilè ab omnibus penis liberetur, nisi fortas-  
sis, inquit, ignis in aëre collocent, fingatque omnes  
sanctos, cum ad celum euolant, per ignem illum  
transire. Utinam saperes Vermilius, nec te tanta malitia obcecassem: clare siquidem perciperes D. Paulum  
nec indulgentias, nec actum contritionis, aut  
charitatis excludere, sed exhortari singulos, ut  
caueant, ne stipulam, fœnum, &c. quæ peccata re-  
prætentant, superedificant: quia vnumquemque  
probabit ignis, qui nempe purgatione indigerit:

nam qui sine vlo peccato decedunt, quique per-  
fectè penit omibus debitis ob scelera perpetrata  
satisfecere, nihil habent quod vlla purgatione in-  
digear, quales sunt, qui postquam leges indulgen-  
tia, vt par erat, ad eaurum fructum referendum, ob-  
seruantur, statim diem extremum obeunt: cum  
enim indulgentia plenaria penas omnes peccatis  
antea per Dei misericordiam deletis debitas tollat,  
quid amplius superest, quām vt anima in celum  
eolet? Hic autem plura discutere nolim de in-  
dulgētis, nec de actu charitatis penas omnes tol-  
lentes; ea enim locum alium postulant.

In problemate 136. Venerus numeris multum  
tribuere videtur, nec enim Deus numeris estat, aut  
aduenientur; nec vllus fit, an Deus non fuisset  
exauditus Abraham, si numerum minorem  
proposuisset, verbi gratia novem, 7. aut 6. siquidem  
numerus septembris, nō minor laude, quām  
denarius celebratur; nec ideo pepercit Deus, quod  
duo in denariis pro qualibet ciuitate continerentur;  
quandoquidem mihi dubium non est Deum  
veniam daturum fuisse, tametsi vnde dicim, 12. aut 13.  
Sanctus Patriarcha Deo proposuisset. Ut autem  
decem ait apud Hebreos Rempublicam effecisse,  
ita etiam in iure habemus populum, plebem vi-  
ris decem confici, vt ad leg. 15. n. 7. digest. de verbo-  
rum signific. apud Godefr. videre est; quod tamen  
improbat Calvinus in Lexico iuris, maiorēmque  
numerum cum Alciato requirit; sed de vi numer-  
orum alibi proprijs in questionibus edisceremus.

### PROBLEMA CXXXVII.

I. **A** D quem locum reuersus est Abraham colloquio completo cum Deo ha-  
bito? An ad domum suam in Hebron? nam in textu dicitur: Et reuersus  
est Abraham ad locum suum: An (vt allegoriam consendamus, quo po-  
tissimum tendit tota descriptio libri Genesios) explorauerat pater Abraham mul-  
ta loca esse in domo patris æterni? hinc nunc ad vnum, nunc ad alium lo-  
cum recurrebat: vt nomina quibus ipse vtebatur, indicant apud sapientes.  
Et hoc, vt ab aliquo ipsorum locorum veniam (si fieri posset) impetraret. Sicut è conuerso  
Bilaham tentauit diuersa loca, offerens in quolibet illorum sacrificium, vt ab aliquo ipsorum  
impetraret, vnde Israël malediceret; non enim erat horum Sacramentorum ignarus.  
Videns igitur Abraham, quod non inueniebat locum vnde veniam impetraret, reuersus est  
ad locum suum meridionalem, videlicet vbit tenetoria figere consuecerat.

**N**ON iniuriâ Index expurgatorius deleri iu-  
bet ea quæ sequuntur hæc verba (vt allego-  
riam consendamus, vñque ad, explorauerat pater) ex-  
clusu: Tantum enim abest, vt Genesis liber alle-  
gorice sit intelligendus, quin potius ad literam  
præcisè sumi debet, quantum fieri potest, aliqui  
de conditione mundi nihil certum erit, cùm ta-  
men eius historiam præcipue describēdam Moses  
aggressus fuerit: neque profetâ loca, ad quæ mi-  
grabat Abraham causa fuere, cur aliquid impre-  
tatur, aut repulsam à Deo pateretur, sed potius cha-  
ritatis ardor, quo sanctus Patriarcha Dei misericordia  
implorabat, neque enim locis Deus fle-  
tit, sed precibus, quæ eò citius exaudiuntur,  
quod feruentiores, & à persona maiori sanctitate  
prædicta fuerint: non quod templorum nostrorum  
Deo dicatorum sanctitatē derogare velim, ab il-  
lud blasphemia genus à Catholico, sed quod locis  
nihil sanctitatis habentibus, qualia erat ea, ad quæ  
pergebat Abraham, nulla virtus tribuenda sit.

Genesis li-  
ber semper  
ad literam  
explicatus  
est, cùm hi-  
storien sit,  
tametsi en-  
su literali  
supposito  
allegoria  
sunt, vñque  
possit.

### PROBLEMA CXXXVIII.

I. **Z**ARE Lot cum filiabus petijt saluari in vñ Zohar: pro quo communis editio  
habet Segor. An quia paruula erat, paruūmque populum continens? Hinc fa-  
cilius veniam pro isto populo impetrare sperabat. vñ Zohar, enim tunc vo-  
cabatur ciuitas illa, quod paruulam significat, quæ prius vocabatur Bale, postea  
Salissa, vt Hieronymus pertibet. At quia Lot vir vñus cum duabus filiabus, Hebraic.  
Genes. 19.  
Version-  
lus 29.  
In locis  
que